

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersio t  
cum fonte primo

Dico omnes ignorare Deum  
qui nolunt conuerti ad eum.  
Neque enim ob aliud proculdubio renuunt  
nisi quia grauem et seuerum ymaginantur qui pius est,  
durum et implacabilem qui misericors est,  
ferum et terribilem qui amabilis est.  
Et mentitur iniquitas sibi,  
formans sibi ydolum pro eo quod non est ipse.

Bernardus super Cantica.

Ego autem dico omnes ignorare Deum,  
qui nolunt conuerti ad eum.  
Neque enim ob aliud procul dubio renuunt,  
nisi quia gravem et seuerum imaginantur qui pius est,  
durum et implacabilem qui misericors est,  
ferum et terribilem qui amabilis est:  
et mentitur iniquitas sibi,  
formans sibi idolum pro eo quod non est ipse.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 38.2 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.15, ll.8-13).